Sit omnibus notum quod nos Elisendis dei gracia abbatissa monasterii sancti Danielis Gerunde et Conventus dicti mon. scilicet nos Ermessendis de Villamarino sacristana Constancia de Sancta Eugenia Cemeraria Ermessendis de Ortallo Agnes de Mathia Guillelma de Palaciolo Ermessendis de Trilea Berengaria de [illegible] Sibilia de Villamarino Geralda de [illegible] Agnes de Trilea Sibilia de Orta Agnes de Furriano Sancia de Sancto Romano Elisendis [illegible] Alamanda de Trilea [illegible] de [illegible] Alamanda de Blanis et Geralda de Blanis monales dicti mon. conventum facientes et pro Conventu congregate ad sonum campane ut moris est et [illegible] in Capitulo dicti mon. Attendentes et scientes quod licet dictum monasterium et venerabilis Abbatissa eiusdem habere debeat homines et mulieres cum servitute [illegible] in suis hominibus [illegible] solidis [illegible] ex manso de Ulmo qui est in loco de Vinofeto in parrochia Sancti Saturnini [illegible] Quinquaginta anni [illegible] dictus mansus caruit tenentore ibi residenciam facientem [illegible] eius tenentor [illegible] et possessionibus dicti mansi posset vivere et sibi victum necessarium ministrare. Cum [illegible] dicti mansi sint in decem versane vel circa. Attendentes etiam quod [illegible] et possessiones dicti mansi propter defectum tenentorum non fuerunt diu est bene culte vel laborate. Scientes quod Guillelma filia Petri de Mathis de Vinofeto parrochie Sancti Saturnini commorans Gerunde vendidit vobis Guillelmo de Mathis de Vinofeto parrochie Sancti Saturnini fratri suo et vestris perpetuo dictum mansum de Ulmo cum domibus casalibus honoribus terris et possessionibus et laborationibus panis et vini laboratis et heremis et cum arboribus generum diversorum et suis pertinenciis et juribus universis pro Quinquaginta solidis barchinonensibus de terno cum instrumento confecto Quinto Idus Septembris Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Quinto in posse Jacobi [illegible] notarii Gerunde. Attendentes quod iam diu ante quam ad dictam emptionem faciendam velletis vos dicte Guillelme procedere fuit actum et conventum et in pactum deductum inter nos et vos dictum Guillelmum de Mathis quod nos servitutem hominum et mulierum et alias servitutes personales dicti mansi vobis reduceremus ad certum censum. Et cum nos hoc utile dicto monasterio cerneremus fuit propterea per partem nostram supplicatum Reverendo in Christo patri domino Arnaldo miseratione divina Gerunden. Episcopo ut se certifficaret de predictis et consentiret reductioni faciende per nos de dictis hominibus et mulieribus et servitutibus personalibus dicti mansi ad censum Quatuor solidorum barchinonensium annuatim prestandorum. Attendentes et scientes quod dictus dominus Episcopus et nos certifficavimus nos utile esse nobis dicte abbatisse et successoribus nostris in dicto monasterio et eidem mon. recipere et habere dictos Quatuor sol. barch. censuales annuatim pro quibus dictus mansus dicte servituti subiaceret cum nullus inveniretur qui pro eo se servituti hominum et mulierum dicto monasterio astringeret. Ideo Gratis et ex certa sciencia et certiorate de iure dicti nostri mon. per nos et successores nostras imperpetuum reducimus et tornamus vobis dicto Guillelmo de Mathis et vestris perpetuo servitutem hominum et mulierum et alias servitutes personales dicti mansi ad Quatuor solidos monete barch. de terno prestandos singulis annis imperpetuum nobis dicte abbatisse et successoribus nostris in dicto mon. in festo Nathalis domini. Ideoque ex causa et ratione huiusmodi reductionis per nos et succedentes nobis in dicto monasterio absolvimus enfranquimus et liberamus dictum mansum de Ulmo et terras et possessiones et pertinencias eiusdem vobis dicto Guillelmo de Mathis et vestris successoribus imperpetuum a servitute hominum et mulierum et ab omnibus servitutibus personalibus videlicet a [illegible] et aliis huiusmodi servitutibus si que [illegible] debebant dicto mon. prestari pro dicto manso et terris et possessionibus eius. Ita quod de cetero dictum monasterium vel nos dicta abbatissa aut successores nostre in eo non habeamus homines vel mulieres nec [illegible] vel alias servitutes in dicto manso et terris et possessionibus eiusdem. Salvo tamen et retento nobis dicte abbatisse et dicto mon. et successoribus nostris imperpetuo directo dominio in terris scilicet laudimiis foriscapiis empcionis firmis directi iure retinendi et aliis omnibus ad directum dominium pertinentibus et in censu trium sol. qui in dicto termino annuatim dicto monasterio prestabatur pro dicto manso et terris et possessionibus eius. Ita quod inter dictum censum et presentem reductionem prestabitis vos et vestri annuatim et imperpetuo dicto monasterio et nobis dicte abbatisse et successoribus nostris imperpetuo septem sol. barch. de terno in festo Nathalis domini et de expletis dictarum terrarum dicti mansi decimas et primicias nobis dicte abbatisse et dicto mon. et successoribus nostris imperpetuo fideliter duas tascas. Ita quod nos et nobis succedentes in dicto mon. promittimus vobis dicto Guillelmo de Mathis et vestris quod predictam reductionem et alia omnia predicta rata grata et firma habebimus et non contraveniemus aliqua ratione sub obligatione bonorum nostri dicte abbatisse et dicti mon. ubique. Et ego dictus Guillelmus de Mathis consentiens predictis laudo hec. Et promitto vobis dicte domine abbatisse et vestro mon. et successoribus vestris imperpetuo dare et solvere annuatim de censu in festo Nathalis domini septem sol. barch. de terno scilicet Quatuor sol. ratione dicte reductionis et enfranquimenti et tres sol. pro censu iam prestari assueto pro manso predicto de Ulmo et terris et possessionibus eius et de expletis dicte [illegible] promitto dare et prestare dicto mon. et vobis et successoribus vestris imperpetuo fideliter duas tascas. Obligando ad hec vobis et dicto monasterio et successoribus vestris imperpetuo dictum mansum et terras et possessiones eiusdem cum omnibus melioramentis et augmentis factis et faciendis. Et nos Arnaldus miseratione divina Gerunden. Episcopus certiorati legitime tam per relationem nobis factam traditione per Arnaldum Burga et Arnaldum Claramballi clericos ecclesie sancti Saturnini Quos ad hoc deputavimus et elegimus [illegible] quod in predictis vertitur utilitas et augmentum dicti mon. et quod dictum mon. in aliquo non est super predictis lesum vel deceptum. Consentientes predictis eisdem auctoritatem nostram interponimus et decretum. Quod fuit actum et concessum domina abbatissa et conventu dicti mon. in capitulo dicti mon. ut predicitur convocatis et congregatis firmatum et laudatum [illegible] kalendas Octobris Anno domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo Quinto hora circa pulsationem tercie ecclesie sedis Gerunde presentibus et vocatis me Raymundo de Burgia not. subscripto et testibus scilicet Bernardo Olba clerico dicti mon. et Guillelmo Barrera de Lambilliis et Jacobo [illegible] de Gerunda. Dictus vero dominus Episcopus firmavit laudavit ac auctorizavit omnia predicta ut predicitur [illegible] kalendas Decembris Anno domini predicto hora in pulsationem tercie ecclesie sedis Gerunde in Palacio Episcopali Gerunde vocatis et presentibus me Raymundo de Burgia not. subscripto et testibus scilicet Bernardo Olba predicto et Bernardo Celrani clerico domestico dicti domini Episcopi. Et dictus Guillelmus de Mathis firmavit et laudavit predicta Quartodecimo kalendas Januarii Anno domini predicto presentibus me not. subscripto testibus scilicet Bernardo de Vilpe et Bernardo Marcial commorantibus Gerunde.

Raymundus de Burgia [illegible] publicus [illegible] auctoritate regia [illegible] Bernardo de [illegible] Gerunde [illegible]

[illegible]

Folio 290

S. Sadurni.
Riusech.
Mas Homs.

Reducció a 4 ll. de cens annual feta per lo Paborde de S. Daniel a favor de Guillem Mata de Riusech de las servituts de homes y donas y demes personals del mas Olm o Homs de dit Riusech. A 1 8bre 1345.

7. 510 [illegible]

881